



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

2. An surdi, & cœci possint abesse à choro, & lucrari distributones  
quotidianas? Ex p. 5. tr. 6. res. 14.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

# TRACTATVS NONVS, DE MVTIS, SVRDIIS, ET COECIS.

## RESOLVTIO PRIMA.

*An surdi, & ceci priuuntur iure eligendi?*  
*Et an mutus possit signis, & nubibus ad Emphyteusim nominari? Ex part. 5. tr. 6. Rel. 13.*

*Sup. hoc in tom. 2. tr. 1.  
Rel. 137. §.*  
**H**os non esse eligibiles ad Praelaturam, ut & mutos, infra patet. Sed difficultas est, an surdi & ceci sint priuati iure eligendi alios. Et ad hoc dubium respondet doctus & amicissimus Sigismundus à Bonacina in tract. de elect. part. 2. cap. 4. dub. 89. n. 1. vbi sic ait: Caterum hi omnes non priuuntur iure eligendi, cum libere reuera consentire possent, solum videtur ceci & surdi tunc conscientia acturi, si renuncient eidem iure vocis actione, cum ipsi videantur facillimè decipi posse. Sie ille.

2. Notandum est tamen hic obiter posse motum signis & nutibus ad emphyteusim nominare. Ita ex Peyra docet Barbosa in collectan. com. 2. lib. 3. tr. 18. c. 4. n. 143.

## RESOL. II.

*An surdi, & ceci possint obesse choro, & lucrari distributiones quotidianas? Ex part. 5. tr. 6. Rel. 14.*

*Sup. hoc in tom. 3. tr. 6.  
Rel. 137. cur-  
sum pro for-  
do. §. Nota  
tiam.*  
**N**egatiam sententiam docet Sanch. in opuscul. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 5. n. 7. assertens cecitatem & surditatem non esse sufficientem morbum, ut Canonicus deficiens choro hueretur distributiones quia adepte choro non nocet hunc morbo, & sua praefentia chorus autorizatur. Ita ille, qui citat Navarrum.

2. Sed affirmativa sententia ego harto cum Moneta de distributione b. part. 2. q. 6. n. 16. ex l. 1. C. qui morbo se excusat. ib. 10. vbi qui virtutique oculi aciem amissit, leuamen sentit numerum personalium, eorum numerum, que corporis sunt implenda, vt ibid. gloss. explicat. Et ita hanc sententiam docet etiam Cenedus in q. canon. q. 1. n. 13. & Barbosa de canon. cap. 2. n. 30. vbi testatur quod sacra Congregatio Concilij sub die 20. Iulij 1629. confidit Canonicum, qui lumen oculorum amissit, & propterea Missas, & diuina Officia celebrare non potest, distributiones quotidianas, & cetera emolumenta lucrari, perinde ac si diuinis interesset, & antea in eadem sub die 11. Augusti 1618 fuerat resolutum prouisum de Canonicatu, si capita possessione lumine obtinet, & non possit promoueri ad Ordinem requisitum, reputari praesentem, quoad fructus, sed non teneri assistere in choro.

## RESOL. III.

*An ceci possit esse index, & dignitatem obtinere?*  
*Idem dicendum est de surdo & muto.*  
*Et docetur mutus & surdus non posse esse arbitrum. Ex part. 5. tr. 6. Rel. 36.*

*Tom. VIIII.*

*Quoad hoc in tom.  
tr. 1. lego do-  
ctrinam. 6. & 7.*  
**C**oecum posse esse iudicem & dignitatem retinere, pater ex 16. ff. ubi quod agere, vel conueniri, & l. 1. ff. de postulan. in scolam, ibi. Quamvis autem cœcas pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium ordinem ceperit, & iudicandi officio fungitur. & l. 8. C. de Decurionibus lib. 1. o. licet gloss. ibi limiter quando amborum oculorum cœcus esset, & de surdo & muto facit d. l. 1 ff. de postulan. & l. 7 ff. de decurionibus, & multa dicit Hizzarellus in dec. 26. cui additum Dominicum Tassonum in Pragmat. de Antifao ver. 14. obseru. 2. n. 2. & Megalium var. resol. tom. 2. resol. 183. num. 9. vbi adducit loc. us. de indicione.

2. Non desinam tamen hic adnotare Molinan de Iust. 10. 5. tract. 5. disp. 39. n. 1. docere mutum & surdum non posse esse arbitrum.

## RESOL. IV.

*An surdi, & ceci possint munus Aduocationis exercere?*

*Et an si mutus scripsi consulari peccet?*  
*Et quid, si esset in causa propria? Ex part. 5. tractat. 6. Rel. 27.*

*§. 1. Supradictum omnino, mutum, & cœcum utroque Sorbatum oculo non posse munus aduocationis exercere, nisi esset in causa propria, ex Vigilio tenet Tasson. in pragm. de Antifao ver. 14. obseru. 2. n. 2. & docet Sanchez in opuscul. com. 2. lib. 6. cap. 7. dub. 2. n. 1. qui etiam dub. 4. docet, quod si mutus scripsi consulari, non peccat, neque veniamitter, dummodo iuris petitum, vel negotiorum experientiam habeat.*

## RESOL. V.

*An mutus possit esse curator?*  
*Et an surdo, & muto curatorem dari debeatur, & maxime si sine surdus, & mutus a nativitate?*  
*Ex part. 5. tr. 6. Rel. 35.*

*§. 1. Negatiam sententiam docet Gratianus in di-  
sc. ep. 1. tom. 1. cap. 447. n. 8. vbi sic ait: Non vi-  
detur auctorari curator præfens & tacens, cum requi-  
ratur quod expresse loquatur, vt notar. gloss. in l. 3. C. de  
auctor. in. vbi Bart. n. 1. dicit esse superiorē opinionem,  
quicquid alij male sentiat, si enim non esset opus, vt  
curator loquereur, etiam mutus posset esse curator,  
& auctorari, quod tamen non est verum, l. 1. in fin. ff.  
de tuel. in. C. qui morbo se excusat, sive simus in tute  
testamentario, sive in datino & legitimo, l. pen. ad fin. ff.  
de legit. in. gloss. in d. l. in fin. in ver. non posse sibi de tuel.  
Ita ille, cui additum Gurtierrez de tuelis part. 1. c. 7. n. 4.  
& ideo Doctores communiter assertunt requiri loqua-  
lam in curatore & tute, neque sufficere prælen-  
tiam, vt docet Dymus in c. qui taret, de reg. iur. in c. &  
tantum abest, quod mutus possit esse curator, vt potius  
sibi curatorem habere debet: & ideo Gizzarellas*

R. dec. 26.